



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda Ecclesiae Paderbornensis**

**Dietrich <Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1602**

De secundis nuptijs.

**urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3**

## DE SECUNDIS NVPTIIS.

**S**I autem sint bigami ambo, vel saltem sponsa non fuerit, virgo notorie, non curando de sponso virgo ne sit an non, licet benedicēti non sint; tamē post nuptiarum celebationem ad altare debent accēdere, & in genua procum, bēre, & sacerdos pro illis hoc modo orare debet.

PSALM. CXXVII.

**B**EATI omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

**L**abores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & benetibi erit.

**V**ox tua sicut viris abundans in lateribus domus tuæ.

**F**ilij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

**E**cce sic benedicetur homo qui timet Dominum.

**B**enedic tibi Dominus ex Sion, & videoas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

**V**t videoas filios filiorum tuorum, pacem super Israël.

**G**loria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

**S**icut erat in principio & nunc & semper, & in saecula saeculorum, Amen.

**K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster. **A**ve Maria.

**E**t ne nos inducas in temptationem.

**S**ed libera nos à malo.

Verſ.

Vers. Manda Deus virtuti tuæ. (nobis.)

Resp. Cōfirma hoc Deus quod operatus es in

Vers. Saluum fac seruum tuū & ancillā tuam.

Resp. Deus meus sperantes in te.

Vers. Mitte eis auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere eos.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

O R E M V S.

Pretende quēsumus Domine fidelibus tuis  
dextram cælestis auxiliij, vt te toto corde per-  
quirant, & quæ dignè postulant, assequantur.  
Per Christum Dominum nostrum.

Tunc aspergantur aqua benedicta, & vir osculetur me-  
diū altaris & postea mulier, & recedant.



CONTRA MALEFICIVM ORA-  
tio Ecclesiæ.

Quoniam aliquando contingit; Deo hominum vindis-  
cante siue infidelitatem siue libidinem, vt vir & mulier ma-  
leficio impediti, opus matrimonijad implere nequeant; ex  
Sacerdotali Romano pro ipsorum liberatione sequentem  
orationem libuit ascribere, qua, quivolet, vti poterit. Qui  
ergo seita impeditos sentiunt, facto prius diligentí peccato-  
rum examine, ad sacerdotem veniant, qui super pellico in-  
dutus & stola illis audiat, & absoluat, deinde celebrata mis-  
sa de spiritu sancto pro illis precetur, hoc modo:

S

Adu-